



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 62. Disputatio circa articulos in Sessione propositos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

**Sæc. XVI.** fitatibus abunde providit, unicuique  
**A.C. 1562.** debitum suum in conservanda Capitis vici-  
 cissim dignitate commendabat: pietatem tandem, ac modestiam Patrum, laudans, divinam Majestatem precabatur, quatenus felicem progressum, & finem gloriosum huic Concilio largiretur, ut Synodi exitus felicissimis illius auspiciis respondeat.

## §. LXII.

*Disputatio circa articulos in Sessione propositos.*

**Pallav. cap. 9** **A**bsoluta hac Oratione, quam Legati  
**n. 1. Et 2.** cum magno applausu exceperant, dogmatum articuli in hac Sessione proponendi prælegebantur: attamen repugnabant Patrum nonnulli duobus illis articulis, de quibus plurimum in novæ peris coetibus fuerat disceptatum, scilicet, de Sacerdotum institutione in cœna, & de oblatione, qua ibi Christus seipsum obtulit Patri. Alteri ex his articulis Granatensis Archiepiscopus, ac Duimius Vegliensis Episcopus, se opponebant, imo etiam priori articulo repugnabant scriptis schedulis, illisque accesserunt Aiala, Cadus, Blancus, & Bovius. Ex his Episcopis primi quatuor hoc scriptum tanquam dubium, multisque antiquis Patribus contrarium improbabant; duo postremi  
 cau-

tantummodo hoc decretum tanquam a <sup>Secul. XVI.</sup>  
 Theologis non satis expensum rejicie- <sup>A.C. 1562.</sup>  
 bant. Nec minus perterriti Ajala in sua  
 sententia, contendens, Missæ sacrificium  
 offerri non posse ad alia obtinenda, præ-  
 ter satisfactionem peccatorum, causa-  
 tus, haud reperiri, Christum eorum  
 causa fuisse mortuum in sacrificio Cru-  
 cis, cui sacrificium Missæ successit.

Impugnabatur etiam unicum illud  
 decretum, in quo agebatur de iis, quæ  
 in Missæ celebratione vel observanda,  
 vel evitanda essent: nec minus contra  
 quinque articulos disciplinam concer-  
 nentes quædam objiciebantur, sed tam  
 levis momenti, ut nec memoratu digna  
 sint: Verum ferme quadraginta Patres  
 rursus de Calicis concessione disputa-  
 bant, nec hanc causam ad Papam re-  
 mitti volebant: alii autem id quidem  
 non omnino recusabant, exponebant  
 tamen, id non per decretum, sed per  
 literas privatas esse exequendum: Hal-  
 lerus vero Philadelphienfis Episcopus  
 pronuntiabat, quod decretum approba-  
 ret, si majori Patrum parti probaretur.  
 Porro idem quoque senterat Pater Lai-  
 nius, addebat tamen, significandum es-  
 se Pontifici, quod Synodus aula non  
 fuisset in ea deliberatione ad hanc le-  
 gem relaxandam consilium eidem  
 suggerere.

Y 2

§. LXIII.